Ad primum sic proceditur. Videtur quod inconvenienter assignentur sex species luxuriae, scilicet, "fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus et vitium contra naturam".

1. Diversitas enim materiae non diversificat speciem. Sed praedicta divisio sumitur secundum materiae diversitatem: prout scilicet aliquis commiscetur conjugate, vel virgini, vel alterius

Dificultades. Parece que no está bien dividida la lujuria en seis especies, a saber: "fornicación simple, adulterio, incesto, estupro, rapto y vicio contra la naturaleza".

1. La diversidad de materia no funda diversidad de especies. Como la división citada tiene por fundamento una diversidad material en cuanto que un sujeto cualquiera puede pecar con una mujer casada, con

* Sent. 4 d.41 a.4 q.1.2; De malo q.15 a.3.

una virgen o con otra de diversa condición, siguese que por este capítulo no se debe establecer la división de la lujuria en sus especies.

2. Las especies de un vicio cualquiera no se distinguen por razones que pertenecen a otro vicio. Pero el adulterio no se distingue de la fornicación simple sino en cuanto supone el uso de la mujer ajena cometiéndola una clara injusticia. Luego parece que el adulterio no es una especie nueva dentro del género de lujuria.

3. Así como puede suceder que un individuo peca con una mujer casada, puede también darse el caso de pecar con una mujer consagrada a Dios por voto. Luego, así como el adulterio se dice especie de la lujuria, también debe serlo el sacrilegio.

4. Quien está casado peca si goza de otra mujer y si usa mal de la suya propia. Luego este pecado, que es nueva especie de lujuria, debió numerarse entre las anteriores.

5. El apóstol San Pablo escribe a los Corintios: "Dios me conceda no verme humillado nuevamente cuando llegue a visitaros y no llorar el pecado de muchos que pecaron anteriormente y no hicieron penitencia por las inmundicias, fornicación e impurezas cometidas". Como el Santo habla de "inmundicias" e "impurezas", éstas deben ser dos especies de lujuria.

6. Lo dividido no debe figurar como parte en la clasificación. Pero se da el caso de que, según el Apóstol, las obras de la carne son "fornicación, inmundicia, impureza, lujuria". Luego la fornicación no debe contarse como especie de la lujuria.

Por otra parte, está la autoridad de las Decretales.

conditionis mulieri. Ergo videtur quod per hoc species luxuriae non diversificentur.

2. Praeterea, species vitii unius non videntur diversificari per ea quae pertinent ad aliud vitium. Sed adulterium non differt a simplici fornicatione nisi in hoc quod aliquis accedit ad eam quae est alterius, et sic iniustitiam committit. Ergo videtur quod adulterium non debet poni species luxuriae.

3. Praeterea, sicut contingit quod aliquis commiscetur mulieri quae est alteri viro per matrimonium obligata, ita etiam contingit quod aliquis commiscetur mulieri quae est obligata Deo per votum. Sicut ergo adulterium ponitur species luxuriae, ita et "sacrilegium" species luxuriae poni debet.

4. Praeterea, ille qui est matrimonio iunctus non solum peccat si ad aliam mulierem accedat, sed etiam si sua coniuge inordinate utatur. Sed hoc peccatum sub lujuria continetur. Ergo deberet inter species luxuriae computari.

5. Praeterea, Apostolus, II ad Cor. 12,21, dicit: "Ne iterum, cum venero, humillet me Deus apud vos, et lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, et non egerunt poenitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia quam gesserunt". Ergo videtur quod etiam "inmunditia et impudicitia" debeant poni species luxuriae, sicut et fornicatio.

6. Praeterea, divisum non dividitur dividitibus. Sed luxuria dividitur dividitibus. Sed luxuria dividitur praedictis: dicitur enim Gal. 5,19: "Manifesta sunt opera carnis: quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria". Ergo videtur quod inconvenienter fornicatio ponatur species luxuriae.

Sed contra est quod praedicta divisio ponitur in Decretis, XXXVI Caus., q.1¹

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est (q.153 a.3), peccatum luxuriae consistit in hoc quod aliquis non secundum rectam rationem delectatione venerea utitur. Quod quidem contingit dupliciter: uno modo, secundum materiam in qua huiusmodi delectationem quaerit; alio modo, secundum quod, materia debita existente, non observantur aliae debitaes condiciones. Et quia circumstantia, in quantum huiusmodi, non dat speciem actui morali, sed eius species sumitur ab obiecto, quod est materia actus; ideo oportuit species luxuriae assignari ex parte materiae vel obiecti.

Quae quidem potest non convenire rationi rectae dupliciter. Uno modo, quia habet repugnantiam ad finem veneri actus. Et sic, in quantum impeditur generatio prolis, est "vitium contra naturam", quod est in omni actu venereo ex quo generatio sequi non potest.—In quantum autem impeditur debita educatio et promotio prolis natae, est "fornicatio simplex", quae est soluti cum soluta.

Alio modo materia in qua exercetur actus venereus, potest esse non conveniens rationi rectae per comparisonem ad alios homines. Et hoc dupliciter. Primo quidem, ex parte ipsius feminae cui aliquis commiscetur, quia ei debitus honor non servatur. Et sic est "incestus", qui consistit in abusu mulierum consanguinitate vel affinitate iunctarum.—Secundo, ex parte eius in cuius potestate est femina. Quia si est in potestate viri, est "adulterium": si autem est in potestate patris, est "stuprum", si non inferatur violentia; "Tactus" autem, si inferatur.

Diversificantur autem istae species magis ex parte feminae quam viri. Quia in actu venereo femina se habet sicut patiens et per modum materiae, vir autem per modum agentis. Dictum est autem quod praedictae species secundum differentiam materiae assignantur.

Resposta. El pecado de lujuria ^{Del} consiste en el uso desordenado del placer venéreo; y este desorden puede provenir, bien de la materia en que se busca el placer, bien del modo de conducirse en la materia correspondiente. Mas, como las circunstancias, en cuanto tales, no especifican el acto moral, sino que esto se reserva al objeto, materia del acto, de ahí proviene el que las especies de lujuria se consideren por relación a la materia u objeto.

Dicha disconformidad con la recta razón puede tener su origen en un doble principio. Primeramente puede contrariar al fin propio del acto venéreo, en cuyo caso, si llega a impedirse la generación, nos encontramos con el vicio "contra la naturaleza", existente en todo acto venéreo por el que no puede obtenerse el fin de la generación; mas, si solamente se impide la educación recta y digna de la prole el vicio será de "fornicación simple".^{A.1. A.2.}

En segundo lugar, la materia en la cual se busca el placer venéreo puede estar en disconformidad con la razón recta por orden a otros hombres, y esto por dos motivos, a saber: por el respeto debido a la mujer con que se peca y con la cual nos ligan lazos de consanguinidad o afinidad, tenemos el pecado de "incesto"; y por el respeto debido a los custodios bajo cuya potestad se encuentra, tenemos el pecado de "adulterio", si la mujer está bajo la custodia del marido; el pecado de "stuprum", si está bajo la potestad paternal y el abuso cometido ha sido sin violencia, y el de "raptus" si, estando bajo dicha potestad, se introdujo la violencia.^{2.1. 2.2. 2.3. 2.4}

Como se ve, estas especies se miran más bien de parte de la mujer; y esto acontece porque en los actos venéreos la mujer se comporta como elemento pasivo, mientras que el hombre es principio activo, y ya hemos indicado que la lujuria se divide en especies por razón de su materia u objeto.

¹ GRATIANUS, Decretum p.2 causa 36 q.1 append. ad ca.2 Lex illa.

Soluciones. 1. La diversidad de materia a que se alude, lleva consigo otra diversidad formal, procedente de los diversos modos de repugnancia que establece respecto de la recta razón.

2. No hay inconveniente en que el mismo acto recoja múltiples deformidades. En este sentido, el adulterio pertenece a la injusticia y a la lujuria.—Y ni siquiera puede decirse que la deformidad propia de injusticia diga relación puramente accidental a la lujuria, ya que tanto mayor debe considerarse el vicio de lujuria cuanto procede de un apetito que lleva hasta la injusticia.

3. La mujer que hace voto de continencia contrae una especie de matrimonio con el Señor, y el sacrilegio cometido en la violación de esa mujer es como un adulterio espiritual. Lo mismo hay que decir respecto de los otros modos de sacrilegio por relación a la lujuria.

4. El pecado cometido entre esposos no procede de desorden por parte de la materia, sino de otras circunstancias que no forman especie nueva de pecado.

5. En el texto referido, como dice la Glosa, "inmundicia" equivale a vicio "contra la naturaleza"; "impudicia", a pecado con "solteras".—O puede responderse también que "impudicia" significa los actos secundarios, como besos, tactos, etc.

6. En dicho texto, lujuria significa "toda clase de excesos".

Ad primum ergo dicendum quod praedicta diversitas materiae habet annexam diversitatem formalem obiecti, quae accipitur secundum diversos modos repugnantiae ad rationem rectam, ut dictum est (in c).

Ad secundum dicendum quod nihil prohibet in eodem actu diversorum vitiorum deformitates concurrere, ut supra dictum est (1-2 q.18 a.7). Et hoc modo adulterium continetur sub luxuria et sub iniustitia.—Nec deformitas iniustitiae omnino per accidens se habet ad luxuriam. Ostenditur enim luxuria gravior quae in tantum concupiscentiam sequitur quod etiam in iniustitiam ducat.

Ad tertium dicendum quod mulier vovens continentiam quoddam spirituale matrimonium facit cum Deo. Et ideo sacrilegium quod committitur in violatione talis mulieris, est quoddam adulterium spirituale. Et similiter alii modi sacrilegii reducuntur ad alias species luxuriae.

Ad quartum dicendum quod peccatum conjugati cum sua uxore non est secundum indebitam materiam, sed secundum alias circumstantias. Quae non constituunt speciem moralis actus, ut dictum est (in c; 1-2 q.18 a.11).

Ad quintum dicendum quod, sicut dicit Glossa², ibidem, "inmunditia" ponitur pro "luxuria contra naturam. Impudicitia" autem est "quae fit cum liberis a viro": unde videtur ad stuprum pertinere.

Vel potest dici quod "impudicitia" pertinet ad quosdam actus circumstantes actum venereum, sicut sunt oscula, tactus et alia huiusmodi.

Ad sextum dicendum quod luxuria sumitur ibidem pro "quacunque superfluitate", ut Glossa³, ibidem dicit.

ARTICULO 2

Utrum fornicatio simplex sit peccatum mortale^a

Si la fornicación simple es pecado mortal

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod fornicatio simplex non sit peccatum mortale.

1. Ea enim quae simul connumerantur, videntur esse unius rationis. Sed fornicatio connumeratur quibusdam quae non sunt peccata mortalia: dicitur enim Act. 15,29: "Abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine et suffocato, et fornicatione"; illorum autem usus non est peccatum mortale, secundum illud I ad Tim. 4,4: "Nihil relictendum quod cum gratiarum actione percipitur". Ergo fornicatio non est peccatum mortale.

2. Praeterea, nullum peccatum mortale cadit sub praecepto divino. Sed Osee 1,2 praecipitur a Domino: "Vade, sume tibi uxorem fornicationum, et fac filios fornicationum". Ergo fornicatio non est peccatum mortale.

3. Praeterea, nullum peccatum mortale in Scriptura sacra absque reprehensione commemoratur. Sed fornicatio simplex commemoratur in Scriptura in antiquis Patribus sine reprehensione: sicut legitur Gen. 16,4 de Abraham quod accessit ad Agar, ancillam suam; et infra, 30,5-9, legitur de Iacob quod accessit ad ancillas uxorum suarum Balam et Zelpham; et infra, 38,15 sqq., legitur quod Iudas accessit ad Thamar, quam aestimavit meretricem. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

4. Praeterea, omne peccatum mortale contrariatur caritati. Sed fornicatio simplex non contrariatur caritati: neque quantum ad dilectionem Dei, quia non est directe peccatum contra Deum; nec etiam quantum ad dilectionem proximi, quia per hoc homo nulli

Dificultades. Parece que la fornicación simple no es pecado mortal.

1. Cuando varios vicios se enumeran en la misma línea, todos hay que interpretarlos en idénticas condiciones. Pero en los Hechos de los Apóstoles se yuxtaponen a la fornicación pecados que no son mortales; por ejemplo, "la abstención de comer carne inmolada a los ídolos, de la sangre, de lo ahogado y de la fornicación". Luego tampoco la fornicación simple es pecado mortal.

2. Ningún pecado mortal se impone bajo precepto divino. Pero la fornicación se impone a Oseas, cuando le dice el Señor que "tome una mujer de fornicación que le dé hijos fornicarios". Luego la fornicación no es pecado mortal.

3. No es costumbre en la Sagrada Escritura referir un pecado mortal sin añadir la reprensión correspondiente. Pero encontramos en esas condiciones la enumeración de ciertos pecados cometidos por Abraham, cuando hizo uso de su esclava Agar; los de Jacob, que abusó de sus siervas Balam y Zelfa; los de Judas, que contaminó a Tamar. Luego la fornicación simple, como la que en estos casos se refiere, no es pecado mortal.

4. Todo pecado mortal se opone a la caridad. Mas como la fornicación simple no se opone a la caridad, ni en su aspecto de amor de Dios, pues este vicio no es directamente contra Dios, ni en cuanto al amor del prójimo, pues por estos actos a nadie

^a Sent. 4 d.33 q.1 a.3 q.2; Cont. Gent. 3,122; Quodl. 8 q.6 a.1; De malo q.15 a.2 ad 11,12,16,17; Quodl. 3 q.5 a.2; De duob. praec. c. de sexto.

² Interl.; LOMBARDI in II Cor.12,21: ML 192,89.

³ Interl.; LOMBARDI in Gal. 5,19: ML 192,195.

se hace injuria, siguese que la fornicación simple no es pecado mortal.

5. Todo pecado mortal conduce a la perdición eterna. No así la fornicación simple, pues, según la Glosa, "el resumen de la disciplina cristiana se encuentra en la misericordia y en la piedad, y quien las siga, aunque sucumba ante el placer de la carne, será azotado, pero no condenado". Luego la fornicación simple no es pecado mortal.

6. Como enseña San Agustín, "el acto venéreo dice, respecto de la especie humana, una relación semejante a la que guarda el alimento respecto de la salud del cuerpo". Pero no todo uso desordenado de la comida es pecado mortal. Luego tampoco debe serlo todo acto carnal desordenado, principalmente la fornicación simple, que es el mínimo de los pecados de lujuria.

Por otra parte, leemos en el libro de Tobías: "Abstente de toda fornicación y no cometas el crimen de conocer a otra mujer fuera de la tuya". Como el crimen es pecado mortal, siguese que la fornicación y todo comercio carnal con una mujer extraña es pecado mortal.

2. Sólo el pecado mortal nos excluye del reino de Dios. Tal es el fruto de la fornicación, como leemos en la Epístola a los Gálatas: "Los que tal hacen no poseerán el reino de Dios". Luego la fornicación simple es pecado mortal.

3. En las Decretales se establece que "al perjurio se debe imponer una pena semejante a la del adulterio y fornicación, a la del homicidio cometido voluntariamente y a los demás crímenes parecidos". Luego la fornicación simple es pecado criminal, es decir, mortal.

⁴ AMBROSIAS, *In I Tim.* 4,8: ML 17,500; *Glossa Lombardi*: ML 192,348.

⁵ C.16: ML 40,385.

⁶ GRATIAN., *Decretum* p.2 causa 22 q.1 cn.17 *Practicandum*.

⁷ *Ordin.*; AUGUST., *Quaest. in Vet. Test.* 1.5 q.37 in Deut. 23,7: ML 34,814.

homini facit iniuriam. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

5. Praeterea, omne peccatum mortale ducit in perditionem aeternam. Hoc autem non facit fornicatio simplex: quia super illud I ad Tim. 4,8, "Pietas ad omnia utilis est", dicit Glossa Ambrosii: "Omnis summa disciplinae Christianae in misericordia et pietate est. Quam aliquis sequens, si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit, sed non peribit". Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

6. Praeterea, sicut Augustinus dicit, in libro "De bon. coniug."⁶, "quod est cibus ad salutem corporis, hoc est concubitus ad salutem generis". Sed non omnis inordinatus usus ciborum est peccatum mortale. Ergo nec omnis inordinatus concubitus. Quod maxime videtur de fornicatione simplicis, quae minima est inter species enumeratas (a.1).

Sed contra est quod dicitur Tob. 4,13: "Attende tibi ab omni fornicatione, et praeter uxorem tuam, non patiaris crimen scire". Crimen autem importat peccatum mortale. Ergo fornicatio, et omnis concubitus qui est praeter uxorem, est peccatum mortale.

2. Praeterea, nihil excludit a regno Dei nisi peccatum mortale. Fornicatio autem excludit: ut patet per Apostolum, Gal. 5, 19 sqq. ubi praemissa fornicatione, et quibusdam aliis vitis, subdit: "Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt". Ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

3. Praeterea, in Decretis dicitur, XXII Caus., q. 1^o: "Nosse debent talem de perjurio poenitentiam imponi debere qualem de adulterio et fornicatione, et de homicidio sponte commisso, et de ceteris criminalibus vitis". Ergo fornicatio simplex est peccatum criminale, sive mortale.

Respondeo dicendum quod absque omni dubio tenendum est quod fornicatio simplex sit peccatum mortale: non obstante quod Deut. 23,17, super illud, "Non erit meretrix" etc., dicit Glossa: "Ad eas prohibet accedere quarum est venialis turpitudine". Non enim debet dici "venialis", sed "venalis", quod est proprium meretricum.

Ad huius autem evidentiam, considerandum est quod peccatum mortale est omne peccatum quod committitur directe contra vitam hominis. Fornicatio autem simplex importat inordinationem quae vergit in nocentum vitae eius qui est ex tali concubitu nasciturus. Videmus enim in omnibus animalibus in quibus ad educationem prolis requiritur cura maris et feminae, quod in eis non est vagus concubitus, sed maris ad certam feminam, unam vel plures: sicut patet in omnibus avibus. Secus autem est in animalibus in quibus sola femina sufficit ad educationem fetus, in quibus est vagus concubitus: ut patet in canibus et aliis huiusmodi animalibus. Manifestum est autem quod ad educationem hominis non solum requiritur cura matris, a qua nutritur, sed multo magis cura patris, a quo est instruendus et defendendus, et in bonis tam interioribus quam exterioribus promovendus. Et ideo contra naturam hominis est quod natur vago concubitu, sed oportet quod sit maris ad determinatam feminam, cum qua permaneat, non per modicum tempus, sed diu, vel etiam per totam vitam. Et inde est quod naturaliter est maribus in specie humana sollicitudo de certitudine prolis, quia eis imminet educatio prolis. Haec autem certitudo tollitur si esse vagus concubitus.— Haec autem determinatio certae feminae "matrimonium" vocatur. Et ideo dicitur esse de iure naturali. Sed quia concubitus ordinatur ad bonum commune totius humani generis: bona autem communia cadunt sub determinatione legis, ut supra habitum est (1-2 q.90 a.2): consequens est quod ista coniunctio maris ad femi-

Fornicación y deseos para los hijos.
 Respuesta. Sin lugar a duda, es necesario afirmar que la fornicación simple es pecado mortal. no obstante lo que la Glosa, comentando unas palabras de Deuteronomio, diga: "Prohibe el trato con las meretrices, cuya torpeza es venial". Ahí no se trata de un pecado "venial", sino más bien de un pecado "venal", ya que esto es lo propio del meretricio.

Para exponerlo con más claridad, conviene recordar que es mortal todo pecado cometido directamente contra la vida del hombre, cual sucede en la fornicación, que infliere un daño evidente a la vida de quien ha de nacer por el acto cometido. Es fácil observar en la historia de los animales que no se encuentra el concubinato vago en aquellas especies en las que se requiere el cuidado de macho y hembra para la educación de la prole, sino que siempre el macho se mezcla con una hembra o con varias, pero siempre fijas, como se ve, por ejemplo, en las aves. En cambio, cuando la hembra se define para cuidar ella sola de los hijos, existe el concubinato vago; por ejemplo, en los perros y otros animales. Respecto de la educación de los hombres es manifiesto que no basta la abnegación de la madre, sino que se requiere el concurso del padre para instruirlos, defenderlos y guiarlos, tanto en los bienes externos como internos. Por esta razón, repugna a la naturaleza el concubito vago. Es necesario que el hombre use de una mujer determinada, con la cual viva mucho tiempo, incluso durante toda la vida. Los padres tienen la obligación de preocuparse de la prole como exigencia de su misma naturaleza, para educarla debidamente. Y la seguridad de esta educación desaparece en el concubito vago.—La concresión de una mujer para un hombre se llama "matrimonio", y, consiguientemente, se defiende que éste es de derecho natural. Mas, como el comercio carnal se ordena al bien común de todo el género humano, y los bienes comunes son moderados

por una ley general, es lógico que también el matrimonio esté sometido a ciertas prescripciones, de las que hablaremos en la Tercera Parte, tratando del sacramento del matrimonio.—En consecuencia, como la fornicación es comercio carnal vago, en cuanto que se realiza fuera del matrimonio, se opone a la recta educación de la prole y es pecado mortal.

Y no vale argüir sobre la posibilidad de que quien fornicara puede proveer acerca de la buena educación de la prole. La ley se fija en lo que comunmente ocurre, no en los casos particulares.

Soluciones. 1. El enumerar la fornicación junto con otros vicios no quiere decir que todos tengan la misma gravedad; si se juntan, es más bien porque de todos ellos podría provenir disensión entre judíos y gentiles, rompiendo así la armonía en que debían vivir. Los gentiles no creían que la fornicación simple fuese pecado mortal, debido a la corrupción de su vida; mientras que los judíos, instruidos por la ley divina, la declaraban plenamente ilícita. Los otros vicios enumerados, los judíos los detestaban por la fuerza de sus costumbres legales. De ahí que los apóstoles las prohibieran a los gentiles, no en cuanto ilícitas en sí mismas, sino en cuanto abominables para los judíos.

2. La fornicación es pecaminosa por oponerse a la recta razón, que, a su vez, se regula por la voluntad divina, suprema y primera regla de conducta. Todo lo que el hombre realiza en conformidad con la voluntad divina no se opone a la razón, aunque parezca que contraría al orden común; lo mismo que no se opone a la naturaleza el milagro realizado por la virtud divina, aunque trasciende el curso ordinario de sus leyes. Por tanto, así como Abraham no pecó en su intento de matar a su hijo, habiéndoselo Dios mandado, si bien

nam, quae matrimonium dicitur, lege aliqua determinetur. Qualiter autem sit apud nos determinatum, in Tertia Parte huius operis agetur, cum de matrimonii sacramento tractabitur ("Supplem." q.50 a.1).—Unde, cum fornicatio sit concubitus vagus, utpote praeter matrimonium existens, est contra bonum prolis educandae. Et ideo est peccatum mortale.

Nec obstat si aliquis fornicando aliquam cognoscens, sufficienter provideat proli de educatione. Quia id quod cadit sub legis determinatione, iudicatur secundum id quod communiter accidit, et non secundum id quod in aliquo casu potest accidere.

Ad primum ergo dicendum quod fornicatio illis connumeratur, non quia habeat eandem rationem culpae cum aliis: sed quantum ad hoc, quod ex his quae ibi ponuntur similiter poterat dissidium generari inter Iudaeos et Gentiles, et eorum unanimis consensus impediri. Quia apud Gentiles fornicatio simplex non reputabatur illicita, propter corruptionem naturalis rationis: Iudaei autem, ex lege divina instructi, eam illicitam reputabant. Alia vero quae ibi ponuntur, Iudaei abominabantur propter consuetudinem legalis conversationis. Unde Apostoli ea Gentilibus interdixerunt, non quasi secundum se illicita, sed quasi Iudaeis abominabilia: ut etiam supra dictum est (1-2 q.193 a.4 ad 3).

Ad secundum dicendum quod fornicatio dicitur esse peccatum, in quantum est contra rationem rectam. Ratio autem hominis recta est secundum quod regulatur voluntate divina, quae est prima et summa regula. Et ideo quod homo facit ex voluntate Dei, eius praecepto obediens, non est contra rationem rectam, quamvis videatur esse contra communem ordinem rationis: sicut etiam non est contra naturam quod miraculose fit virtute divina, quamvis sit contra communem cursum naturae. Et ideo, sicut Abraham non peccavit filium innocentem volen-

do occidere (Gen. 22), propter hoc quod obedivit Deo, quamvis hoc, secundum se consideratum, sit communiter contra rectitudinem rationis humanae; ita etiam Osee non peccavit fornicando ex praecepto divino. Nec talis concubitus proprie fornicatio debet dici: quamvis fornicatio nominetur referendo ad cursum communem. Unde Augustinus dicit, III "Confess."⁸: "Cum Deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, etsi nunquam tibi factum est, faciendum est". Et postea subdit: "Sicut enim in potestibus societatis humanae maior potestas minori ad obediendum praepositur, ita Deus omnibus".

Ad tertium dicendum quod Abraham et Iacob ad ancillas accesserunt non quasi fornicario concubitu: ut infra patebit, cum de matrimonio agetur ("Supplem." q.65 a.5 ad 2).—Iudam autem non est necessarium a peccato excusare, qui etiam auctor fuit venditionis Ioseph (Gen. 37,27).

Ad quartum dicendum quod fornicatio simplex contrariatur dilectioni proximi quantum ad hoc, quod repugnat bono prolis nasciturae, ut ostensum est (in c): dum scilicet dat operam generationi non secundum quod convenit proli nasciturae.

Ad quintum dicendum quod per opera pietatis ille qui lubricum carnis patitur liberatur a perditione aeterna, in quantum per huiusmodi opera disponitur ad hoc quod gratiam consequatur per quam poeniteat, et in quantum per huiusmodi opera satisfacit de lubrico carnis commisso. Non autem ita quod, si in lubrico carnis perseveret impenitens usque ad mortem, per pietatis opera liberetur.

Ad sextum dicendum quod ex uno concubitu potest unus homo generari. Et ideo inordinatio concubitus, quae impedit bonum prolis nasciturae, ex ipso genere actus est peccatum mortale: et non solum ex inordinatione concupiscentiae. Ex una autem comestione non impeditur bonum totius vitae unius hominis: et ideo ac-

este acto, en sí mismo considerado, va contra la recta razón, tampoco pecó Osee en su acto de fornicación. Y es que en realidad no deben siquiera llamarse actos de fornicación los ahí citados, aunque así diga el lenguaje ordinario. "Cuando Dios ordena una cosa, aunque desdiga de la costumbre ordinaria, hay que hacerla. Así como en los poderes humanos el superior puede ordenar al inferior, Dios puede ordenar a todos los seres".

3. Los actos de Abraham y de Jacob no fueron propiamente fornicarios, como lo hemos de ver posteriormente.—A Judas no es necesario excusar de pecado, ya que sabemos que también cometió el de vender a José.

Fornicación y caridad:

4. La fornicación simple contraria a la caridad para con el prójimo, en cuanto que no cuida de la prole, ya que la hace nacer en condiciones indecorosas.

5. Las obras de piedad sirven para librar de las penas eternas a quien ha caído en pecado carnal, en cuanto que le preparan para recibir la gracia de la penitencia y satisfacen por el delito cometido. Pero, si permaneciera en su pecado hasta la muerte, ni siquiera sus obras de piedad le librarían del castigo eterno.

6. De un acto concubinario puede nacer un hombre. Por consiguiente, el desorden intrínseco de tal acto hace que la acción sea en sí misma mortal y no sólo por el desorden de la concupiscencia pasional. En cambio, por el abuso o desorden de una sola comida no se origina la pérdida del bien de la vida humana inter-

⁸ C.8: ML 32,689.

gramente; por eso el pecado de gula puede admitir parvedad. No obstante, sería también mortal si alguien, dándose cuenta de que tal exceso podría originarle la pérdida de la vida, no desistiera de hacerlo, como sucedió a Adán.—Mas no vaya a creerse tampoco que la fornicación simple es el menor de los pecados de lujuria. Inferior a él es el pecado de comercio carnal con la propia esposa movido por puro placer.

ARTICULO 3

*Utrum fornicatio sit gravissimum peccatum*¹⁰

Si la fornicación es pecado gravísimo

Dificultades. Parece que la fornicación es pecado gravísimo.

1. Tanto mayor es el pecado cuanto procede de mayor apetito de placer. Como esto sucede con la fornicación, cuyo ardor es incontenible, parece que la fornicación es gravísima entre todos los pecados.

2. Tanto más grave es el pecado cuanto recae sobre una materia más ligada a nuestra persona, como peca más quien hiere a su padre que a una persona extraña. Y como dice el Apóstol que "el fornicario peca contra su propio cuerpo", siguese que la fornicación es pecado gravísimo.

3. Cuanto el bien es mayor, tanto el pecado opuesto reviste mayor gravedad. Como el pecado de fornicación va contra el bien de todo el género humano y contra el mismo Jesucristo, según afirma el Apóstol: "¿Convertiré los miembros de Cristo en miembros de meretriz?" Luego la fornicación es pecado gravísimo.

tus gulae ex suo genere non est peccatum mortale. Esset tamen si quis scienter cibum comederet qui totam conditionem vitae eius immutaret: sicut patet de Adam (Gen. 2,17).—Nec tamen fornicatio est minimum peccatorum quae sub luxuria continentur. Minus enim est concubitus cum uxore qui fit ex libidine.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod fornicatio sit gravissimum peccatum.

1. Tanto enim videtur peccatum gravius, quanto ex maiori libidine procedit. Sed maxima libido est in fornicatione: dicitur enim in Glossa⁹, I ad Cor. 6,18, quod ardor libidinis in luxuria est maximus. Ergo videtur quod fornicatio sit gravissimum peccatum.

2. Praeterea, tanto aliquis gravius peccat, quanto in rem sibi magis coniunctam delinquit: sicut gravius peccat qui percutit patrem quam qui percutit extraneum. Sed sicut dicitur I Cor. 6,18, "qui fornicatur, in corpus suum peccat", quod est homini coniunctissimum. Ergo videtur quod fornicatio sit gravissimum peccatum.

3. Praeterea, quanto aliquod bonum est maius, tanto peccatum quod contra illud committitur videtur esse gravius. Sed peccatum fornicationis videtur esse contra bonum totius humani generis, ut ex praedictis patet (a.2). Est etiam contra Christum: secundum illud I ad Cor. 6,15: "Tollens membra Christi, faciam membra meretricis?" Ergo fornicatio est gravissimum peccatum.

Sed contra est quod Gregorius dicit¹⁰ quod peccata carnalia sunt minoris culpa quam peccata spiritualia.

Respondeo dicendum quod gravitas peccati alicuius attendi potest dupliciter: uno modo, secundum se; alio modo, secundum accidens. Secundum se quidem attenditur gravitas peccati ex ratione suae speciei, quae consideratur secundum bonum cui peccatum opponitur. Fornicatio autem est contra bonum hominis nascituri. Et ideo est gravius peccatum secundum speciem suam peccatis quae sunt contra bona exteriora, sicut est furtum et alia huiusmodi: minus autem peccatis quae sunt directe contra Deum, et peccato quod est contra vitam hominis iam nati, sicut est homicidium.

Ad primum ergo dicendum quod libido quae aggravat peccatum est quae consistit in inclinatione voluntatis. Libido autem quae est in appetitu sensitivo diminuit peccatum: quia quanto aliquis ex maiori passione impulsus peccat, tanto levius est peccatum. Et hoc modo in fornicatione libido est maxima. Et inde est quod Augustinus dicit, in libro "De agonia Christianorum certamina, duriora sunt praelia castitatis, ubi est quotidiana pugna, sed rara victoria". Et Isidorus dicit, in libro "De summo bono"¹², quod "magis per carnis luxuriam humanum genus subditur diabolo quam per aliquod aliud": quia scilicet difficilior est vincere vehementiam huius passionis.

Ad secundum dicendum quod ille qui fornicatur dicitur peccare in corpus suum, non solum quia fornicationis delectatio consummatur in carne, quod etiam in gula accidit: sed etiam quia contra bonum proprii corporis agit qui fornicatur, in quantum scilicet indebite illud resolvit et in-

Por otra parte, San Gregorio afirma que los pecados carnales son menos graves que los pecados espirituales.

Respuesta. La gravedad de los pecados puede medirse por dos capitulos: por sí mismos y por las circunstancias que los rodean. En sí mismos, los pecados se dicen más o menos graves por razón de la especie a que pertenecen, y que se distingue por el bien a que contraria. Como la fornicación simple se opone al bien de la prole que ha de nacer, es específicamente más grave que los pecados cometidos contra los bienes externos, como son el hurto y otros actos semejantes. Pero es menos grave que los pecados directamente contrarios al amor de Dios y a la vida del hombre ya nacido, cual sucede con el homicidio.

Soluciones. 1. El placer que agrava el pecado es el que consiste en la inclinación perversa de la voluntad. En cambio, el que radica en el apetito sensitivo lo disminuye, porque, cuando el acto malo procede de un mayor impulso pasional, tanto es más leve el pecado. Y esto es precisamente lo que sucede en la fornicación. Por eso dijo San Agustín que, "entre todos los combates de los cristianos, los más duros son los referentes a la castidad, en la cual tenemos pelea diaria y rara victoria". Y San Isidoro agrega que "el género humano está más sometido al diablo por este vicio que por cualquier otro", debido a la dificultad que supone vencer la vehemencia de la pasión.

2. Se dice que el fornicario peca contra su propio cuerpo no sólo porque el placer de fornicación se consuma en la carne, cosa que también sucede con la gula, sino porque quien fornicó obra contra el bien del propio cuerpo, en cuanto que busca una salida desordenada a sus movimen-

¹⁰ Cont. Gent. 3,122; De malo q.2 a.10; q.15 a.2 ad 6.

⁹ LOMBARDI: ML 191,1584.

¹⁰ Moral. 1.33 c.12: ML 76,688.

¹¹ Sermo suppos. serm.293: ML 39,2302.

¹² Sent. 1.2 c.39: ML 83,642.

tos y lo mancha y mezcla con otros cuerpos. Pero de aquí no se sigue que sea el mayor pecado, ya que, como la razón prevalece en el hombre sobre el cuerpo, el pecado que más repugna a la razón es mayor en su género.

3. El pecado de fornicación contraría a la especie humana, en cuanto impide la generación de un hombre en las condiciones debidas. Pero, como participa más de la especie quien actualmente posee la razón de tal que quien la posee sólo en potencia, en este sentido el homicidio es más grave que cualquier especie de lujuria, ya que se opone a bien mayor de la especie humana. — Igualmente, los pecados contra Dios son mayores que los pecados de lujuria, porque el bien divino es mayor que el bien humano. — La fornicación no va directamente contra Dios, como si el pecado pretendiese ofenderle personalmente, sino sólo indirectamente, como todos los demás pecados. Así como los miembros de nuestro cuerpo son miembros de Cristo, así también nuestro espíritu es una cosa con Cristo, como enseña el Apóstol: "Quien se adhiere a Dios se hace una cosa con El". Luego los pecados espirituales contrarian más a Jesucristo que la fornicación.

quinat, et alteri commiscet. Nec tamen propter hoc sequitur quod fornicatio sit peccatum gravissimum: quia ratio in homine praevallet corpori; unde, si sit peccatum magis repugnans rationi, gravius erit.

Ad tertium dicendum quod peccatum fornicationis est contra bonum speciei humanae in quantum impedit generationem singularem unius hominis nascituri. Magis autem pertingit ad rationem speciei qui actu iam participat speciem quam qui est potentia homo. Et secundum hoc etiam homicidium est gravius quam fornicatio et omnes luxuriae species, tanquam magis bono speciei humanae repugnans. — Bonum etiam divinum est maius bono speciei humanae. Et ideo etiam peccata quae sunt contra Deum, sunt maiora. — Nec fornicatio est directe peccatum in Deum, quasi fornicator Dei offensam intendat: sed ex consequenti, sicut et omnia peccata mortalia. Sicut enim membra corporis nostri sunt membra Christi, ita etiam et spiritus noster est unum cum Christo: secundum illud I ad Cor. 6,17: "Qui adhaeret Deo, unus spiritus est". Unde etiam peccata spiritualia sunt magis contra Christum quam fornicatio.

ARTICULO 4

*Utrum in tactibus et osculis consistat peccatum mortale*¹⁴

Si en los tactos y besos existe pecado mortal

Dificultades. Parece que en los tactos y besos no existe pecado mortal.

1. "En cuanto a la fornicación y a cualquier género de impureza o avaricia, que ni siquiera pueda decirse que existe entre vosotros, como conviene a los santos", escribe el apóstol San Pablo; "ni tampoco las palabras torpes, ni groserías, ni tru-

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod in tactibus et osculis non consistat peccatum mortale.

1. Apostolus enim, ad Eph. 5,3, dicit: "Fornicatio autem et omnis immunditia, aut avaritia, ne nominetur in vobis: sicut decet sanctos". Subdit autem (v.4): "aut turpitudinem". — Glossa¹⁵: "ut in osculis et amplexibus; aut stultiloquium, ut blanda verba; aut

scurrilitas, quae a stultis curialitas dicitur, idest iocularitas". Postea autem subdit (v.5): "Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet haereditatem in regno Christi et Dei": ubi non replicat de turpitudine, sicut nec de stultiloquio aut scurrilitate. Ergo ista non sunt peccata mortalia.

2. Praeterea, fornicatio dicitur esse peccatum mortale ex hoc quod per eam impeditur bonum prolis generandae et educandae (a.2). Sed ad hoc nihil operantur oscula et tactus, sive amplexus. Ergo in his non contingit esse peccatum mortale.

3. Praeterea, illa quae sunt secundum se peccata mortalia, nunquam possunt bene fieri. Sed oscula et tactus et huiusmodi possunt quandoque fieri absque peccato. Ergo non sunt secundum se peccata mortalia.

Sed contra, minus est aspectus libidinosus quam tactus, amplexus vel osculum. Sed aspectus libidinosus est peccatum mortale: secundum illud Mt. 5,28: "Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo". Ergo multo magis osculum libidinosum, et alia huiusmodi, sunt peccata mortalia.

2. Praeterea, Cyprianus, "Ad Pomponium, de virginitate"¹⁶, dicit: "Certe ipse concubitus, ipse amplexus, ipsa confabulatio et osculatio, et coniacentium duorum turpis et foeda dormitio, quantum dedecoris et criminis confitentur!" Ergo per praedicta homo fit reus criminis, idest peccati mortalis.

Respondeo dicendum quod aliquid dicitur esse peccatum mortale dupliciter. Uno modo, secundum speciem suam. Et hoc modo osculum, amplexus vel tactus, secundum suam rationem non nominant peccatum mortale. Possunt enim haec absque libidine

hanerías". Y la Glosa interpreta todo esto como pecado cometido con tocamientos y ósculos, palabras suaves y obscenas, etc. Luego añade el mismo apóstol: "Pues habéis de saber que ningún fornicario, o impuro, o avaro, que es adorador de los ídolos, tendrá parte en la herencia del reino de Cristo y de Dios". Como en este lugar no recrimina la "torpeza, palabras groseras y truhanerías", sigue-se que no son pecado mortal.

2. La fornicación es pecado mortal en cuanto que impide la buena educación de la prole. Como nada significan a este respecto los besos, tactos o abrazos, síguese que en ellos no hay gravedad mortal.

3. Los actos que son en sí mismos pecado mortal, nunca pueden hacerse sin cometer pecado. Pero es sabido que los tactos, besos, etc., pueden tenerse sin gravedad mortal. Luego por su propia naturaleza no son pecado mortal.

Por otra parte, menos gravedad parece poseer una mirada libidinosa que los tactos, besos o abrazos. Pero la mirada libidinosa es pecado mortal, según afirma el evangelio de San Mateo: "Quien mire a una mujer y la desee en su corazón, ya pecó". Luego con más razón será pecado el acto de tocamientos, besos, etc.

²⁷ Glossa ord.; AUGUST., Serm. ad popul. serm.51 c.13; ML 38,345.

²⁸ Cent. Iovin.: ML 23,393; cf. GRATIAN., Decretum p.2 causa 32 q.4 c.5 Origo.

²⁹ Cf. GRATIAN., ib. q.5 append ad c.14 Illuc autem; AUGUST., De bono coniug. c.1; ML 40,376.

²⁹ GRATIAN., l.c. n.1.

especies de lujuria se consideran conforme a las diversas condiciones de la mujer.

Matrimonio

2. El matrimonio se ordena al bien de la procreación humana. Y el adulterio se opone especialmente a él, en cuanto que viola la fe que mutuamente se deben los esposos; y como quien ama excesivamente a la mujer obra contra el bien del matrimonio usando de él desordenadamente, aunque no viole la fe prometida, en cierto sentido puede llamarse adulterio, y aún más que quien ama deshonestamente a la mujer ajena.

3. La mujer se encuentra bajo la potestad del varón en cuanto unida a él por matrimonio; en cambio, la joven se encuentra sometida a la potestad de su padre, como a su disposición para darla en matrimonio. Por tanto, la modalidad del pecado de adulterio y la de estupro es diversa, dando lugar a especie distinta de pecado.

De otros puntos referentes al adulterio hablaremos también en la Tercera Parte.

est autem supra (a.1) quod species luxuriae accipiuntur secundum diversas mulierum conditiones.

Ad secundum dicendum quod matrimonium specialiter est ordinatum ad bonum humanae proles, sicut dictum est (a.2). Adulterium autem specialiter matrimonio contrariatur: in quantum violat matrimonii fidem, quam quis coniungi debet. Et quia ille qui est ardentior amator uxoris, facit contra bonum matrimonii, inhoneste eo utens, licet fidem non violet; ideo aliquando potest adulter nominari; et magis quam ille qui est ardentior amator alterius mulieris.

Ad tertium dicendum quod uxor est in potestate viri sicut et matrimonio copulata: puella autem est sub potestate patris sicut per eum matrimonio copulanda. Et ideo alio modo contra bonum matrimonii est peccatum adulterii, et alio modo peccatum stupri. Et propter hoc ponuntur diversae luxuriae species.

De aliis autem ad adulterium pertinentibus dicitur in Tertia Parte, cum de matrimonio tractabitur ("Suppl." q.59 a.3; 60.62).

ARTICULO 9

Utrum incestus sit species determinata luxuriae

Si el incesto es especie distinta de lujuria

Dificultades. Parece que el incesto no forma nueva especie de lujuria.

1. "Incesto" es privación de castidad. Como a la castidad, en su acepción universal, se opone la lujuria, parece que el incesto no es especie, sino que comprende todos los pecados de lujuria.

2. En las Decretales se enseña que "el incesto es abuso carnal de personas consanguíneas o afines". Como la afinidad difiere de la con-

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod incestus non sit species determinata luxuriae.

1. "Incestus" enim dicitur per privationem castitatis. Sed castitati universaliter opponitur luxuria. Ergo videtur quod incestus non sit species luxuriae, sed sit universaliter ipsa luxuria.

2. Praeterea, in Decretis dicitur, XXXVI (q.1 ib.), quod "incestus est consanguinearum vel affinium abusus". Sed affinitas differt a consanguinitate. Ergo

incestus non est una species luxuriae, sed plures.

3. Praeterea, illud quod de se non importat aliquam deformitatem, non constituit aliquam determinatam speciem vitii. Sed accedere ad consanguíneas vel affines non est secundum se deformis: alias, nullo tempore licuisset. Ergo incestus non est determinata species luxuriae.

Sed contra est quod species luxuriae distinguuntur secundum condiciones mulierum quibus aliqui abutuntur. Sed incestu importatur specialis conditio mulierum: quia est "abusus consanguinearum vel affinium", ut dictum est (arg.2). Ergo incestus est determinata species luxuriae.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est (a.1.6), ibi necesse est inveniri determinatam speciem luxuriae, ubi invenitur aliquid repugnans debito usui venereorum. In usu autem consanguinearum vel affinium invenitur aliquid incongruum commixtioni venereae, triplici ratione. Primo quidem, quia naturaliter homo debet quandam honorificentiam parentibus, et per consequens aliis consanguíneis, qui ex eisdem parentibus de propinquo originem trahunt: in tantum quod apud antiquos, ut Maximus Valerius refert³⁰, non erat fas filium simul cum patre balneari, ne scilicet se invicem nudos conspicerent. Manifestum est autem secundum praedicta (q.142 a.4; q.151 a.4) quod in actibus venereis maxime consistit quaedam turpitudine honorificentiae contraria: unde de his homines verecundantur. Et ideo incongruum est quod commixtio venerea fiat talium personarum ad invicem. Et haec causa videtur exprimi Lev. 18.7, ubi dicitur: "Mater tua est: non revelabis turpitudinem eius". Et idem postea dicit in aliis.

Secunda ratio est quia personas sanguine coniunctas necesse

sanguinidad, parece que el incesto no es una especie átoma, sino múltiple.

3. Lo que en sí mismo no lleva cierta deformidad, no constituye especie nueva de pecado. Pero usar de una mujer que es consanguínea o afina no es en sí mismo pecaminoso, ya que, de lo contrario, nunca sería lícito hacerlo. Luego el incesto no es una especie distinta dentro de la lujuria.

Por otra parte, las especies de lujuria se determinan conforme a las condiciones de la mujer de que se abusa. El uso de la mujer que dice relación de "afinidad o consanguinidad" con algunos hombres constituye un principio evidente de deformidad. Luego el incesto es una especie particular de lujuria.

Torpeza es malo el incesto: ¿quáles
Respuesta. Donde se halla una repugnancia especial al recto uso de los actos venéreos hay que poner un *respe-*
cio especial de lujuria. Tal parece suceder con el comercio carnal de los consanguíneos o afines, por tres razones. Primera, porque, naturalmente, el hombre debe tener cierto honor para con los padres y para quienes de ellos proceden por parentesco próximo, hasta el extremo de que entre los antiguos, como atestigua Valerio, no era lícito que el padre y el hijo se bañasen juntos, para no verse desnudos. Y como en los actos venéreos existe una evidente torpeza, de ahí que la delicadeza pida no poca vergüenza y respeto. Es, pues, indecoroso el comercio carnal entre esas personas. Con razón se lee en el Levítico: "Es tu madre, no descubras sus torpezas". Lo mismo afirma de los demás parientes.

Una segunda razón es que las personas unidas por lazos de sangre necesitan alternar con mucha frecuencia, y si no se les prohibiera de esa forma el comercio carnal, fácilmente

³⁰ Supra a.1; Sent. 4 d.41 a.4 q.1.2; De malo q.13 a.3.

³⁰ Factor, dicitur, memorab. 1.2 c.1.

te les vencería la oportunidad de pecar, y los espíritus se harían demasiado muelles por la lujuria. Por eso en la Vieja Ley se prohíbe especialmente el trato con esas personas que deben vivir juntas.

3 La tercera razón es que por ese camino se impediría la multiplicación de los lazos de amistad. Cuando uno se casa con otra mujer extraña, todos los familiares de ésta se hacen amigos de aquél, como si fuesen sus consanguíneos. Profundamente dijo San Agustín que "una norma de caridad preside la vida de los hombres, haciendo que quienes necesitan concordia se vean relacionados con múltiples circunstancias y mandando que cada hombre tenga una sola mujer".

Aristóteles añade todavía una cuarta razón, y es que, como los consanguíneos se aman grandemente por atractivo natural, si se suma el atractivo del placer venéreo, tal amor sería excesivo y gran incentivo para el pecado; lo cual es opuesto a la castidad.

Luego debemos concluir que el incesto es una especie particular de lujuria.

Soluciones. 1. El abuso de las personas consanguíneas traería consigo la mayor corrupción de la castidad, bien por la oportunidad del trato, bien por excesivo amor, como hemos sugerido anteriormente. De ahí procede el que por antonomasia el abuso de tales personas se denomina "incesto".

2. La persona que es afin se une a otra por la persona que está unida a ellas por razón de consanguinidad. Y como lo primero es por lo segundo, una misma razón de conveniencia se halla en la afinidad y consanguinidad.

3. En el comercio carnal de personas que son consanguíneas hay grados que naturalmente repugnan

est ad invicem simul conversari. Unde si homines non arcerentur a commixtione venerea, nimia opportunitas daretur hominibus venereae commixtionis: et sic animi hominum nimis emollescerent per luxuriam. Et ideo in veteri lege illae personae specialiter videntur esse prohibitae quas necesse est simul commorari (Lev. 18).

Tertia ratio est quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum: dum enim homo uxorem extraneam accipit, iunguntur sibi quadam speciali amicitia omnes consanguinei uxoris, ac si essent consanguinei sui. Unde Augustinus dicit, XV "De civ. Dei"³¹: "Habita est ratio rectissima caritatis ut homines, quibus esset utilis atque honesta concordia, diversarum vicissitudinum vinculis necerentur, nec unus in uno multas haberet, sed singulae spargerentur in singulos".

Addit autem Aristoteles quartam rationem, in II "Politie."³²: quia cum naturaliter homo consanguineam diligat, si adderetur amor qui est ex commixtione venerea, fieret nimius ardor amoris, et maximum libidinis incentivum; quod castitati repugnat.

Unde manifestum est quod incestus est determinata luxuriae species.

Ad primum ergo dicendum quod abusus coniunctarum personarum maxime induceret corruptelam castitatis: tum propter opportunitatem; tum etiam propter nimium ardorem amoris, ut dictum est (in c). Et ideo antonomastice abusus talium personarum vocatur "incestus".

Ad secundum dicendum quod persona affinis coniungitur alicui propter personam consanguinitate coniunctam. Et ideo, quia unum est propter alterum, eiusdem rationis inconvenientiam facit consanguinitas et affinitas.

Ad tertium dicendum quod in commixtione personarum coniunctarum aliquid est quod est secundum se indecens et repugnans

naturali rationi, sicut quod commixtio fiat inter parentes et filios, quorum est per se et immediata cognatio: nam filii naturaliter honorem debent parentibus. Unde Philosophus dicit, in IX "De animal."³³, quod quidam equus, quia deceptus fuit ut matri commiseretur, seipsum praecipitavit, quasi prae horrore, eo quod etiam animalibus aliquibus inest naturalis reverentia ad parentes.

Aliae vero personae quae non coniunguntur secundum seipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex seipsis indecentiam: sed variatur circa hoc decencia vel indecentia secundum consuetudinem et legem humanam vel divinam. Quia, ut dictum est (a.2), usus venereorum, quia ordinatur ad bonum commune, subiacet legi. Et ideo, sicut Augustinus dicit, XV "De civ. Dei" (lc. nt.31), "commixtio sororum et fratrum, quanto fuit antiquior, compellente necessitate, tanto postea facta est damabilius, religione prohibente".

y son indecentes, por ejemplo, la unión de padres e hijos, cuya relación es inmediata, pues los hijos deben naturalmente honor a sus progenitores. Cuenta el Filósofo que cierto caballo, habiendo realizado el coito carnal con su madre sin darse cuenta de ello, se lanzó luego a un precipicio, como horrorizado de su conducta, dando a entender la reverencia natural que incluso entre los animales suele a veces observarse.

En las otras personas que no se hallan en relación tan próxima, tampoco reviste el pecado tan suma gravedad e indecencia, y los grados varían según las costumbres y la ley divina o humana. La razón es que, como el uso de las placeres venéreos se ordena al bien común, está sometido a la ley. Por esto escribe San Agustín que "cuanto la necesidad facultó para una mayor benignidad antiguamente, tanto la religión prohíbe con más rigor en la actualidad y es más condenable el acto contrario".

ARTICULO 10

Utrum sacrilegium possit esse species luxuriae Si el sacrilegio puede ser especie de lujuria

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod sacrilegium non possit esse species luxuriae.

1. Eadem enim species non invenitur sub diversis generibus non subalternatim positus. Sed sacrilegium est species irreligiositatis, ut supra habitum est (q.99 a.2). Ergo sacrilegium non potest poni species luxuriae.

2. Praeterea, in Decretis, XXXVI Caus., q.1 (lc. nt.1), sacrilegium non ponitur inter alia quae ponuntur species luxuriae. Ergo videtur quod non sit luxuriae species.

3. Praeterea, sicut per luxuriam contingit aliquid fieri contra aliquam rem sacram, ita etiam

Dificultades. Parece que el sacrilegio no puede ser especie de la lujuria.

1. La misma especie no puede encontrarse bajo diversos géneros no subalternos. Como el sacrilegio es una especie de la irreligiosidad, no puede que no es especie de la lujuria.

2. El sacrilegio no se enumera entre las partes de la lujuria. Luego parece que no es especie de lujuria.

3. Así como acaece que por la lujuria se obra contra ciertas cosas sagradas, también sucede esto en

³¹ C.16: ML. 41.458.

³² C.1 n.15 (BK 126237): S.Th., lect.3.

³³ C.47 (BK 63121).

³⁴ Supra a.1 ad 3; Sent. 4 d.41 a.4 q.2 ad 7.

† Conioco; no se señala el efecto genético.

otras clases de vicios. Y como el sacrilegio no se propone como especie de la gula o de otro vicio cualquiera, sigüese que tampoco debe ponerse como especie de la lujuria.

Por otra parte, enseña San Agustín que, "asi como es inicuio traspasar los límites de los campos por la avaricia de poseer, también lo es traspasar los límites de las costumbres por el apetito de placer carnal". Pero el traspasar la linde de los campos en cosas sagradas es sacrilegio; luego, por igual motivo, extralimitarse de la norma de las costumbres por el placer carnal en cosas sagradas es también sacrilegio. Y como el apetito de placer carnal pertenece a la lujuria, sigüese que el sacrilegio es una especie de la lujuria.

Respuesta. El acto de una virtud o de un vicio ordenado al fin de otro vicio o virtud recibe la especie de este fin último, como sucede, por ejemplo, en el hurto cometido para conseguir el adulterio. Es evidente que la guarda de la castidad ordenada al culto de Dios es acto de religión, como consta por los que hacen voto de virginidad y la conservan, como escribe San Agustín. Luego es manifiesto que también la lujuria, en cuanto viola algo perteneciente al culto divino, entra en la especie de sacrilegio; y en este sentido el sacrilegio es especie de la lujuria.

Soluciones. 1. En cuanto se ordena al fin de otro vicio, la lujuria recibe su especie última de este vicio. Y, en este aspecto, alguna especie de lujuria puede ser especie de la irreligiosidad o de cualquier otro género superior.

2. En el lugar referido se enumeran las especies de la lujuria considerada en sí misma, mientras que el sacrilegio es especie de este vicio en cuanto que se ordena a otro

per alia vitiorum genera. Sed sacrilegium non ponitur species gulae, aut alterius alicuius huiusmodi vitii. Ergo etiam non debet poni species luxuriae.

Sed contra est quod Augustinus dicit, XV "De civ. Dei" (l. c. nt.31), quod "sicut iniquum est aviditate possidendi transgredi limitem agrorum, ita etiam iniquum est libidine concumbendi subvertere limitem morum". Sed transgredi limitem agrorum in rebus sacris est peccatum sacrilegii. Ergo, pari ratione, subvertere limitem morum libidine concumbendi in rebus sacris, facit sacrilegii vitium. Sed libido concumbendi pertinet ad luxuriam. Ergo sacrilegium est luxuriae species.

Respondeo dicendum quod, sicut supra³⁴ dictum est, actus unius virtutis vel vitii ordinatus ad finem alterius, assumit speciem illius: sicut furtum quod propter adulterium committitur, transit in speciem adulterii. Manifestum est autem quod observatio castitatis secundum quod ordinatur ad cultum Dei, sit actus religionis: ut patet in illis qui vovent et servant virginitatem, ut patet per Augustinum, in libro "De virginitate"³⁵. Unde manifestum est quod etiam luxuria, secundum quod violat aliquid ad divinum cultum pertinens, pertinet ad speciem sacrilegii. Et secundum hoc, sacrilegium potest poni species luxuriae.

Ad primum ergo dicendum quod luxuria secundum quod ordinatur ad finem alterius vitii, efficitur illius vitii species. Et sic aliqua luxuriae species potest etiam esse species irreligiositatis, sicut cuiusdam superioris generis.

Ad secundum dicendum quod ibi enumerantur illa quae sunt species luxuriae secundum seipsa: sacrilegium autem est species luxuriae secundum quod ordinatur ad finem alterius vitii.

Et potest concurrere cum diversis speciebus luxuriae. Si enim aliquis abutatur persona coniuncta sibi secundum spiritualem cognationem, committit sacrilegium ad modum incestus. Si autem abutatur virgine Deo sacrata: in quantum est sponsa Christi, est sacrilegium per modum adultorii; in quantum vero est sub spiritualis patris cura constituta, erit quoddam spirituale stuprum; et si violentia inferatur, erit spiritualis raptus, qui etiam secundum leges civiles gravius puniuntur quam alius raptus. Unde Iustinianus Imperator dicit³⁶: "Si quis, non dicam rapere, sed attentare tantummodo, matrimonii iungendi causa, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur".

Ad tertium dicendum quod sacrilegium committitur in re sacrata. Res autem sacrata est vel persona sacrata quae concupiscitur ad concubitum: et sic pertinet ad luxuriam. Vel quae concupiscitur ad possidendum: et sic pertinet ad iniustitiam. Potest etiam ad iram pertinere sacrilegium: puta si aliquis ex ira iniuriam inferat personae sacrae. Vel, si gulose cibum sacratum assumat, sacrilegium committit. Specialius tamen sacrilegium attribuitur luxuriae, quae opponitur castitati, ad cuius observantiam aliqua personae specialiter consecrantur.

vicio distinto. Y este pecado puede tener lugar en diversas especies de lujuria. En efecto, si uno abusa de una persona relacionada consigo por lazos de parentesco espiritual, comete sacrilegio semejante al incesto; si abusa de una virgen consagrada a Dios, en cuanto es esposa de Cristo, comete un sacrilegio a modo de adulterio; y en cuanto está bajo el cuidado de un padre espiritual, es como un estupro espiritual; y si se introduce la violencia, será un rapto espiritual, pecado que aun civilmente se castiga más gravemente que el otro rapto. Por eso sentenció Justiniano que, "si alguien raptara, o intentara hacerlo, a fin de contraer matrimonio, a las vírgenes consagradas a Dios, será castigado con la pena capital".

3. Todo sacrilegio se comete con cosas santas. Mas las cosas sagradas, o son persona que se desea para realizar los actos carnales, y en este caso nos introducimos en materia de lujuria, o son cosa que se desea para poseer, y en este caso nos hallamos con la injusticia. Puede también reducirse a la ira el sacrilegio, si por motivo de ira injuriamos a una persona sagrada; o a la gula, si es que alguien toma el manjar sagrado con apetito desordenado. Pero especialmente se atribuye el sacrilegio a la lujuria, como opuesta a castidad, ya que ciertas personas se dedican especialmente a la guarda de esta virtud.

ARTICULO 11

Utrum vitium contra naturam sit species luxuriae

Si el vicio contra la naturaleza es especie de lujuria

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod vitium contra naturam non sit species luxuriae.

1. Quia in praedicta enumeratione specierum luxuriae nulla fit

Dificultades. Parece que el vicio contra la naturaleza no es especie de la lujuria.

1. En la enumeración referida no consta el vicio contra la naturaleza.

³⁴ Q.85 a.3; q.99 a.2 ad 2; 1-2 q.18 a.6.7.

³⁵ C.8: ML 40.379.

³⁶ Sent. 4 d.41 a.4 q.2; De malo q.15 a.1 ad 7; a.3.

³⁷ GRATIAN., Decretum p.2 causa 33 q.3 De poenit. d.1 c.5 Siquis non.

Luego es que no forma especie dentro de la lujuria.

2. La lujuria se opone a la virtud, y bajo este aspecto se contiene bajo la malicia. Como el vicio contra la naturaleza no se implica en la malicia, sino en la bestialidad, síguese que el vicio contra la naturaleza no es especie de la lujuria.

3. La lujuria versa sobre los actos ordenados a la generación humana. Como el vicio contra la naturaleza consiste en actos que impiden la generación, síguese que el vicio contra la naturaleza no es especie de la lujuria.

Por otra parte, vemos que San Pablo lo enumera entre los vicios de lujuria, cuando dice: "No hicieron penitencia de su inmundicia, fornicación e impudicia"; pues la Glosa dice que identifica la "inmundicia" con la "lujuria contra la naturaleza".

4 vicios:

Respuesta. Donde existe una deformidad especial en el acto venéreo, allí se da una especie nueva de lujuria. Esto puede proceder de dos principios. Ante todo, de la oposición a la recta razón, motivo en que convienen todos los vicios. Y en segundo término, de la oposición especial que dice al orden natural del acto venéreo dentro de la especie humana. A este vicio, y en este orden, se denomina vicio contra la naturaleza. El modo de realizarlo puede ser múltiple. Primeramente se da cuando, sin coito carnal, por puro placer venéreo, se procura la polución; esto pertenece al vicio de "inmundicia", que también se llama "mollicie".—En segundo lugar, si el coito se realiza con seres de diversa especie; esto se llama "bestialidad".—En tercer término, si se realiza con uno del mismo sexo, por ejemplo, de hombre con hombre o de mujer con mu-

mentio de vitio contra naturam (a.10 arg.2). Ergo non est species luxuriae.

2. Praeterea, luxuria opponitur virtuti: et ita sub malitia continetur. Sed vitium contra naturam non continetur sub malitia, sed sub bestialitate: ut patet per Philosophum, in VII "Ethic." Ergo vitium contra naturam non est species luxuriae.

3. Praeterea, luxuria consistit circa actus ad generationem humanam ordinatos, ut ex supra dictis patet (q.153 a.2). Sed vitium contra naturam consistit circa actus ex quibus non potest generatio sequi. Ergo vitium contra naturam non est species luxuriae.

Sed contra est quod, II ad Cor. 12,21, connumeratur aliis luxuriae speciebus, ubi dicitur: "Non egerunt poenitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia": ubi dicit Glossa³⁷: "Immunditia: id est, luxuria contra naturam".

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est (a.6.9), ibi est determinata luxuriae species ubi specialis ratio deformitatis occurrit quae facit indecentem actum venereum. Quod quidem potest esse dupliciter. Uno quidem modo, quia repugnat rationi rectae: quod est commune in omni vitio luxuriae. Alio modo, quia etiam, super hoc, repugnat ipsi ordini naturali venerei actus qui convenit humanae speciei: quod dicitur vitium contra naturam. Quod quidem potest pluribus modis contingere. Uno quidem modo, si absque omni concubitu, causa delectationis venereae, pollutio procuretur: quod pertinet ad peccatum "inmunditiae", quam quidam³⁸ "mollitiam" vocant.—Alio modo, si fiat per concubitum ad rem non eiusdem speciei: quod vocatur "bestialitas".—Tertio modo, si fiat per concubitum ad non debitum sexum, puta masculi ad masculinum vel feminae ad femi-

nam, ut Apostolus dicit, ad Rom. 1,26-27: quod dicitur "sodomiticum vitium".—Quarto, si non servetur naturalis modus concumbendi: aut quantum ad instrumentum non debitum; aut quantum ad alios monstruosos et bestiales concumbendi modos.

Ad primum ergo dicendum quod ibi enumerantur species luxuriae quae non repugnant humanae naturae. Et ideo praetermittitur vitium contra naturam.

Ad secundum dicendum quod bestialitas differt a malitia, quae humanae virtuti opponitur, per quemadmodum excessum circa eandem materiam. Et ideo ad idem genus reduci potest.

Ad tertium dicendum quod luxuriosus non intendit generationem humanam, sed delectationem veneream: quam potest aliquis experiri sine actibus ex quibus sequitur humana generatio. Et hoc est quod quaeritur in vitio contra naturam.

jer; este vicio se llama "sodomítico". Y, por fin, si no se observa el modo correcto de realizar el acto humano, sea introduciendo instrumentos de placer, sea empleando otras formas bestiales y monstruosas de pecado.

Soluciones. 1. En el referido lugar se mencionan las especies de lujuria que no repugnan a la naturaleza humana. Por eso falta el vicio contra la naturaleza.

2. La bestialidad difiere de la malicia, opuesta a la virtud humana, por exceso dentro de la misma materia. Por tanto, puede reducirse al mismo género.

3. El lujurioso no busca la generación humana, sino la delectación venérea, que puede obtenerse sin los actos conducentes a la generación. Es lo que se busca en el vicio contra la naturaleza.

ARTICULO 12

Utrum vitium contra naturam sit maximum peccatum inter species luxuriae

Si el vicio contra la naturaleza es el mayor de los pecados de lujuria

Ad duodecesimum sic proceditur. Videtur quod vitium contra naturam non sit maximum peccatum inter species luxuriae.

1. Tanto enim aliquod peccatum est gravius, quanto magis contrariatur caritati. Sed magis videntur contrariari caritati proximi adulterium et stuprum et raptus, quae vergunt in iniuriam proximi, quam peccata contra naturam, per quae nullus alteri iniuriatur. Ergo peccatum contra naturam non est maximum inter species luxuriae.

2. Praeterea, illa peccata videntur esse gravissima quae contra Deum committuntur. Sed

Dificultades. Parece que el vicio contra la naturaleza no es el mayor de los pecados de lujuria.

1. Tanto mayor es el pecado cuanto más se opone al orden de la caridad. Pero el estupro, adulterio y rapto parecen oponerse más a la caridad para con el prójimo que el vicio contra la naturaleza, por el cual nadie se hace injuria. Luego no es el mayor de los pecados de lujuria.

2. Los pecados contra Dios parecen ser los más graves. Pero el sacrilegio se comete directamente con-

³⁷ C.5 n.3.5 (BK 1148b29; b34): S.Th., lect.5.

³⁸ Interl.; LOMBARDI: ML 192,89.

³⁹ ALEX. HALENS, Sum. Theol. 2-2 n.674.

* Infra q.170 a.1 ad 2; 1-2 q.75 a.7; Sent. 4 d.11 a.4 q.3; In Rom. : lect.8.

tra Dios, ya que por él se le hace injuria corrompiendo su culto. Luego el sacrilegio es más grave que el pecado contra la naturaleza.

3. Tanto mayor parece ser el pecado cuanto se comete contra una persona a quien debemos amar en mayor grado. Pero, según el orden de la caridad, debemos amar más a nuestros allegados, a los que ofendemos por el incesto, que a las personas extrañas, que violamos por el vicio contra la naturaleza. Luego el incesto es más grave que el vicio contra la naturaleza.

4. Si el vicio contra la naturaleza es el más grave, parece que lo será tanto más cuanto se oponga en mayor grado a la misma naturaleza. Como la máxima oposición parece hallarse en la inmundicia o molicie, ya que la naturaleza parece requerir que el agente y el paciente sean personas distintas, la inmundicia sería el más grave de todos. Como esto es falso, hay que concluir que el vicio contra la naturaleza tampoco es el más grave.

Por otra parte, San Agustín confiesa abiertamente lo contrario cuando dice que, de entre todos estos pecados de lujuria, "el más grave es el vicio contra la naturaleza".

Respuesta. En cualquier orden de cosas, la corrupción de los principios es pésima, porque de ella depende la corrupción de las consecuencias. Principios de la razón son todo lo que está en conformidad con la naturaleza, ya que la razón, supuesta esta base, dispone los demás elementos como le conviene prudentemente, tanto en el orden especulativo como en el orden práctico. Así, pues, como en el orden especulativo es gravísimo y funestísimo el error acerca de las verdades naturalmente impresas en la inteligencia, también en el orden práctico es torpísimo el error acerca de los principios de operación.

sacrilegium directe committitur contra Deum: quia vergit in injuriam divini cultus. Ergo sacrilegium est gravius peccatum quam vitium contra naturam.

3. Praeterea, tanto aliquod peccatum videtur esse gravius, quanto exercetur in personam quam magis diligere debemus. Sed secundum ordinem caritatis magis debemus diligere personas nobis coniunctas, quae polluuntur per incestum, quam personas extraneas, quae interdum polluuntur per vitium contra naturam. Ergo incestus est gravius peccatum quam vitium contra naturam.

4. Praeterea, si vitium contra naturam est gravissimum, videtur quod tanto est gravius quanto est magis contra naturam. Sed maxime videtur esse contra naturam peccatum immunditiae seu molitiae: quia hoc maxime videtur esse secundum naturam, ut alterum sit agens et alterum patiens. Ergo, secundum hoc, immunditia esset gravissimum inter vitia contra naturam. Hoc autem est falsum. Non ergo vitia contra naturam sunt gravissima inter peccata luxuriae.

Sed contra est quod Augustinus dicit, in libro "De adulterio, conjugibus" ⁴⁰, quod "omnium horum" peccatorum scilicet quae ad luxuriam pertinent, "pessimum est quod contra naturam fit".

Respondeo dicendum quod in quolibet genere pessima est principii corruptio, ex quo alia dependent. Principia autem rationis sunt ea quae sunt secundum naturam: nam ratio, praesuppositis his quae sunt a natura determinata, disponit alia secundum quod convenit. Et hoc apparet tam in speculativis quam in operativis. Et ideo, sicut in speculativis error circa ea quorum cognitio est homini naturaliter indita, est gravissimus et turpissimus; ita in agendis agere contra ea quae sunt secundum naturam determinata, est gravissimum et turpissimum. Quia ergo in vitiis quae sunt contra naturam trans-

greditur homo id quod est secundum naturam determinatum circa usum venereum, inde est quod in tali materia hoc peccatum est gravissimum.—Post quod est incestus, qui, sicut dictum est (a.9), est contra naturalem reverentiam quam personis coniunctis debemus.

Per alias autem luxuriae species praeteritur solum id quod est secundum rationem rectam determinatum: ex praesuppositione tamen naturalium principiorum. Magis autem repugnat rationi quod aliquis veneris utatur non solum contra id quod convenit proli generandae, sed etiam cum iniuria alterius. Et ideo fornicatio simplex, quae committitur sine iniuria alterius personae, est minima inter species luxuriae.—Malior autem iniuria est si quis abutatur muliere alterius potestati subiecta ad usum generationis, quam ad solam custodiam. Et ideo adulterium est gravius quam stuprum.—Et utrumque aggravatur per violentiam. Propter quod, raptus virginis est gravius quam stuprum, et raptus uxoris quam adulterium.—Et haec etiam omnia aggravantur secundum rationem sacrilegii, ut supra dictum est (a.10 ad 2).

Ad primum ergo dicendum quod, sicut ordo rationis rectae est ab homine, ita ordo naturae est ab ipso Deo. Et ideo in peccatis contra naturam, in quibus ipse ordo naturae violatur, fit iniuria ipsi Deo, Ordinatori naturae. Unde Augustinus dicit, III "Confess." ⁴¹: "Flagitia quae sunt contra naturam, ubique ac semper detestanda atque puniendae sunt, quae Sodomitum fuerunt: quae si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu divina lege tenerentur, quae non sic fecit homines ut se illo uterentur modo. Violatur quippe ipsa societas quae cum Deo nobis esse debet, cum eadem naturae illi Auctor est, libidinis perversitate polluitur".

Y como en el vicio contra la naturaleza el hombre traspassa las leyes naturales del uso de los actos venéreos, en esa materia dicho pecado es gravísimo.—Después de él viene el incesto, que se comete con transgresión de la reverencia que naturalmente debemos a nuestros allegados.

En las otras especies de lujuria se traspassa solamente algo que está determinado conforme a la recta razón, supuestos los principios generales anteriores. Y en este aspecto, como es más grave usar de los placeres venéreos impidiendo la generación y cometiendo además injusticia, la fornicación simple, cometida sin injuria para un tercero, es el más leve de estos pecados; y el más grave, el pecado de adulterio, porque en él se hace uso de la mujer extraña para el acto de generación y se comete injuria contra quien tiene el derecho sobre ella.—Ambos casos se agravan cuando media la violencia; de suerte que el rapto de la virgen es más grave que el estupro, y el rapto de la esposa, más grave que el adulterio. Y aun esto se puede agravar añadiendo la modalidad de sacrilegio.

Soluciones. 1. El orden de la recta razón procede del hombre, mas el orden de la naturaleza procede del mismo Dios. Por consiguiente, en los pecados contra la naturaleza que violan el orden natural, se comete injuria contra Dios, ordenador de la naturaleza. "Los delitos cometidos contra la naturaleza" describe San Agustín—siempre y en todas partes son detestables, y deben ser castigados como los vicios de Sodoma. Aunque todos los hombres obrasen ese mal, seguiría pesando el mismo reato impuesto por la ley divina, que no hizo a los hombres para que así obrasen desordenadamente. Con tal pecado se viola la familiaridad que debemos poseer con Dios, ya que se mancha la naturaleza por El creada".

⁴⁰ C.8.11: ML 40,379,382; GRATIAN., *Decretum* p.2 causa 32 q.7 en.11 *Adulterii*.

⁴¹ C.8: ML 32,689.

2. También los vicios contra la naturaleza van contra Dios. Y tanto son más graves que el sacrilegio, cuanto el orden de la naturaleza impreso en nosotros es anterior y más estable que cualquier orden sobreañadido.

3. A cada uno de nosotros es mucho más íntima la unión de la naturaleza específica que la unión de un individuo extraño. Por eso los pecados contra la naturaleza son más graves.

4. La gravedad del pecado se toma más bien del abuso de una cosa que de la omisión del uso debido. Por eso, entre los vicios contra la naturaleza corresponde el ínfimo lugar al pecado de inmundicia, que consiste solamente en la omisión del coito con otra persona.—Y el más grave es el pecado de bestialidad, en el que no se guarda el modo de la especie humana. De ahí que, cuando dice el Génesis que "acusó a sus hermanos de crimen pésimo", interpreta la Glosa que "se mezclaban con los animales".—Luego viene el vicio sodomítico, en que no se atiende al orden del sexo.—Después viene el pecado consistente en no guardar el modo de realizar el coito, sobre todo cuando no se realiza en el órgano correspondiente destinado a la generación.

Ad secundum dicendum quod etiam vitia contra naturam sunt contra Deum, ut dictum est (ad 1). Et tanto sunt graviora quam sacrilegii corruptela, quanto ordo naturae humanae inditus est prior et stabilior quam quilibet alius ordo superadditus.

Ad tertium dicendum quod unicuique individuo magis est coniuncta natura speciei quam quodcumque aliud individuum. Et ideo peccata quae fiunt contra naturam speciei, sunt graviora.

Ad quartum dicendum quod gravitas in peccato magis attenditur ex abusu alicuius rei quam ex omissione debiti usus. Et ideo inter vitia contra naturam infimum locum tenet peccatum inmunditiae, quod consistit in sola omissione concubitus ad alterum. Gravissimum autem est peccatum bestialitatis, ubi non servatur debita species. Unde super illud Gen. 37,2, "Accusavit fratres suos crimine pessimo", dicit Glosa (interl.): "quod cum pecoribus miscebantur".—Post hoc autem est vitium sodomiticum, ubi non servatur debitus sexus.—Post hoc autem est peccatum ex eo quod non servatur debitus modus concumbendi. Magis autem si non sit debitum vas, quam si sit inordinatio secundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.